f bitū, videtur donare f vt de condictio. indebit. l. j. de reg. iur. l. cu
ius per errorem. Soluit gl. in l. ſi procuratori falſo. ff. de condi
ctio. indebit. l. j. de regul. iur. l. cuius per errorē. Soluit glo. in l. ſi
procuratori falſo. ff. de cōdict. ob cauſaȝ, ⁊ dicit qđ hoc debet in
telligi quando fuit ſolutum ab ignorante eū eſſe falſum ꝓcura
torem alias videtur donare. Et gl. j. Jac. de Aretio, reprehēdit
iſtam gl. Nam tunc ſoluendo quis videtur donare, quando nul
la alia preſumptio poteſt eſſe, vt ſi ſoluerit ſcienter indebitum tā
quam debitum, certe videtur donare. ſed quādo ſoluit falſo pro
curatori poſſumus preſumere quod ſibi ſoluerit, vt domino def.
ideo donatio non preſumitur argumen. l. cū de indebito. ff. de ꝓ
bat. ⁊ l. elegāter. §. qui reprobos. de pignorat. actio. ff. de ſolutio.
l. ſi cū aurū, Et hoc videt tenere glo. ff. de ſolutio. l. diſpenſato
rem. Licet docto. nō allegauerint hic, certe quādo ſoluitur pro
curatori falſo tāquā procuratori, ſine dubio videtur donare, vt
l. ſi non ſortem. §. qui filio. ff. de condictione indebiti. ⁊ ff. pro em
pto. l. qui fundū. §. ſeruus. verſicul. quod ſi ſciuerit, ⁊ ſic gloſſ. in
l. ſi procuratori falſo, dicit verū reprobata glo. que eſt in l. diſpen
ſatorem, ⁊ ita ibi tenet Dyn. Non obſtat, quod dicit Jacob. de
Aret. q̄ poteſt eſſe alia preſumptio, ⁊c. q̄ fateor quando ſoluere
tur ſimpliciter, vt Titio, ſed cum ſoluit titio, vt procuratori, cuȝ
ſciat ipſuȝ nō eſſe nō cadit dicta preſumptio. Modo intro gloſſ.
3 ℭ Oppon. ſ. de cōdict. indeb. l. creditoris, ⁊ l. ſi procuratori fal
ſo. ff. de cōdi. ob cauſam. que leges dicunt dari condictionē inde
bi. vel condictionem ob cauſam, ⁊ ſic videtur, quod dominiȝ ſit
tranſlatum in accipientem, q̄ nemo condicit rem ſuam preterꝗ
quā a fure vt l. vlti. vſuf. quemadmo. ca. ergo, ⁊c. Male dicit. hec
lex que dicit dari condictionem furtiuam, que ſoli domino com
petit, vt l. j. j. de condict. furt. Huius timore dixit Mar. quod lic
cet transferatur dominium, tamen cōpetit condict. furtiua. Sȝ
hoc eſt falſum, vt d. l. vlt. vſufr. quemad. ca. ⁊ j. l. j. de condic. fur.
g Tamen doc. dicunt g quod Mar. antiquus gloſſator illud non
dixit, ſed dixit qđ furtū cōmittitur, ⁊ ideo contra furē datur con
dictio furtiua, ⁊ omnis alia, q̄ omnis condictio contra furē de
generat, vt Inſti. de actio. §. ſic itaque. Et ſi ſic dixit, bene dixit,
⁊ dixit verum. Glo. tamen videtur pro ſolutione contrariorum
diſtinguere. Aliter dicit glo. aut ſolui procuratori falſo credens
me liberatum, q̄ credebam eum procuratorem eſſe in rem ſuā
⁊ ſic in eum tranſtuli dominiū, ⁊ tunc non habet locū actio fur
ti, nec condi. furtiua, ſed condictio indeb. vt ſ. de condict. indeb.
l. creditoris. Aut non credebam eſſe eum procuratorem in rem
ſuam, ⁊ tunc ſolui ſibi tanquā ſimplici nuncio, vt portet ad cre
ditorē tunc ſi non portat, cōmittit furtum, ⁊ tenetur condictio
ne furtiua, ⁊ furti, ⁊ vt ſ. eo. l. ſi is cui, ⁊ l. falſus. §. j. ff. eo Aut
ſolui tanquā ſimplici nuncio, ſed in eū tranſtuli dominiū, vt
faceret liberari, tūc tenetur furti, ſed neque condictione fur
ſed tenetur condictione ob cauſam, nō ſecuta cauſa vt d. l. ſi procu
ratori falſo. ij. reſpō. ff. de cōdic. ob cau. Uide gl. tuā. Iſta
ne dicit, ſed nō ad propoſitū. nā hec lex nō loquitur in procura
tore in rē ſuā. Itē ſecundū mēbruȝ diſtinctionis loquitur in ſim
plici nuncio: hec lex loquitur in procuratore nō vero. Itē tertiū
loquitur quādo fecit quendam contractū non nominatum: ſcili
cet do vt facias me liberari. Uidēdum eſt ergo quando ſoluitur
procuratori falſo: vt procuratori cōſtituto ad recipiendam ſolu
tionem iſto caſu loquitur proprie iſta lex: ⁊ l. ſi procuratori fal
ſo. quo caſu dico. qđ contra procuratorē falſum datur actio fur
ti: ⁊ cōdictio furtiua: ⁊ cōdic. ob cauſ. vt l. ſi procuratori falſo. q̄
omnes condictiones degenerāt contra furē vt Inſti. de actio. §.
h ſic itaque. Uel ſi diceres huc procuratorē h falſum non habuiſſe
animū intercipiēdi pecuniā dabitur tantum condictio ob cau.
Nā ille qui accepit: vt ꝓcurator: tenetur ad duo alternatiue: vel
vt ſe procuratorē oſtendat: vel vt faciat dominū ratum habere.
Si igitur neutrū iſtarū faciat quaſi cauſa non ſecuta: pōt pecu
nia cōdici. Hic eſt caſus ī d. l. procuratori falſo. ⁊ hoc eſt vtile in
caſu: in quo ego ignoro vtrū ſit ver⁹ ꝓcurator: vel falſus: nā non
habeo neceſſe ꝓponere in libello: vtrū ſit verus ꝓcurator: vel fal
ſus: ſed dicā ſic, q̄ nō docuiſti te procuratorē nec feciſti dominū
ratū habere: ⁊ ſic cauſa quare tibi ſolui ceſſat: quare pete: ⁊c. vt
d. l. ſi ꝓcuratori falſo. ℭ Sȝ cōtra hoc oppo. in ſimplicē ꝓcura
torē nō trāſfertur dominiū: vt l. ſi ego. ff. de nego. geſto. ergo nō
poteſt habere locū cōdic. ob cauſ. q̄ nemo condicit rem ſuam vt
dictum eſt Solu. dicas iſtā ſolutionē factam iſti procuratori
ſe reconciliatā cōſumptione: vt dicitur in mutuo debito. Uel di
cas qđ cōdicitur poſſeſſio, vt in mutuo. l. indebiti. §. ſed ⁊ ſi num
mi. de cōdi. indebi. Uel dicas procuratorē habuiſſe animum in
tercipiendi. nā contra eum condictio omnis degenerat. ℭ Ter
tio oppon. ad idem. ff. de condi. ob cau. l. ſi procuratori falſo.
vēdidero. §. Titius. de furtis. Solu. Ibi eſt ſecuta rati hab
que extinguit actionē furti: ⁊ cōdictionē furtiuā hic ſecus.
ſumamus ergo quando ſoluitur procuratori falſo, qui nunꝗ
habuit mandatū. aut eſt ſecuta ratihabitio (cū: aut nō: ſi nō
eſt ſequuta) aut fuit ſolutū ab eo: qui ſciebat eum falſum: aut
ignorātē: aut ſoluitur tanquā procuratori in rē ſuā: aut tanquā
ſimplici nuncio aut ei dedit vt faciat liberari: aut ſoluit tanquā
ſimplici procuratori: ⁊ hoc vltimo caſu dic: vt ſ proxim. dixi.
Non habetis hic alia. Circa iſtam partem oppo. de l. cū quis. §.
4 primo. ff. de ſolut. Solu. Ex † que dixi: habēt locū in procuratore
funditus falſo: qui nunꝗ habuerit mandatū ſed in l. contra
fuit mandatū reuocatū in eo: qui habuit mandatū quo caſu di
ſtingue. Aut procurator habuit ab initio bonam fidē, ⁊ ſoluens
liberatur incōtinēti. Aut habuit animum intercipiendi: ⁊ tunc
ſoluēs nō liberatur ipſo iure: ſed ope exceptionis tenetur tamē
cedere creditori actionē furti: ⁊ condictionē furtiuā quā h
contra illū procuratorē. vt ibi patet. In iſto ergo procuratore
qui habuit mandatū: ſed fuit reuocatū: concurrūt quaſi omnia
mēbra diſtinctionis: que ego dixi ſ. in procuratore funditus fal
ſo. Quantū ad hoc: vt ſciamus vtrū ipſe teneatur condictione
furtiua: vel furti debemus diſtinguere. Aut ſolutū eſt ei ſcienter
aut ignoranter: vt dixi in procuratore funditus falſo. Aut fuit
ſolutū tanquā procuratori in rem ſuam aut non: iſtud membrum
non cadit hic. Nā in procuratore in rem ſuam nō cadit reuoca
tio: vt l. illā. j. de dona. Si poneremus reuocationē illam factam
eſſe vero

eſſe vtroque ſciēte vel conſentiente omnia illa mēbra hic poſſunt
adaptari per eaſdē leges, ſed quantum ad hoc, vtrum ſoluens li-
beretur a creditore, vel non, eſt differētia, qꝛ in procuratore fun-
ditus falſo ſoluēs nullo modo liberatur, vt l. qui hominē. §. ſi nul
h lo. ff. de ſolu. In eo vero qui habuerit mandatū ſed eſt reuocatuz
adhibetur diſtinctio que ponitur in d. l. cū quis. ⁊ ſ. dixi. ¶ Op.
i ff. de fur. l. ſi vēdidero. §. ſi Titi⁹. Sol. †Omnia que dixi ſ. habēt
i locū, quando falſo procuratori ſoluitur debitum i, lex contraria
loquitur quando ſolutū eſt indebitū, quo caſu debes notare dif
ferentias tres. Prima, qꝛ quando ſoluitur debitum, ratihabitio
ſequens tollit actionē furti, ⁊ cōdictionem furti, vt l. ſi procura-
tori falſo. ff. de condi. ob cau. Secus quādo ſoluitur indebitū. vt
d. §. ſi Titius. Secūda, qꝛ quando ſoluitur debitum ratihabitio
ſequēs parit debitori liberationē. Sed quādo ſoluitur indebitū,
ſequens ratihabitio parit cōdictionē indebiti debitori, vt d. §. ſi
Titius. Et ex his duabus differētijs reſultat vnum mirabile qd
pro eadem re ſcōpetit condictio furti que datur domino, ⁊ cōpe-
tit cōdictio indebiti cōtra diuerſos. Huius ratio eſt. quia prima
condictio fur. fuit data contra procuratorē falſuz contrectātem,
que non tollit, licet per ſequentē ratihabitionē dominium a de-
bitore auferatur, qꝛ hoc fit abſqꝫ facto ſuo. vt l. ⁊ ideo. ff. de cōdi.
furt. cōdictio vero indeb. datur contra illū, ad cuius vtilitatem
fuit facta ſolutio cui per ratihabitionē qſita eſt pecunia. vt d. §.
ſi Titius. Tertia differētia eſt, qꝛ in indebito non diſtinguimus,
vtrū procurator ſit funditus falſus, an ab initio habuerit man-
datū. Ratio qꝛ nunquā videtur mandatum, vt indebitum reci-
piatur, niſi hoc eſſet expreſſe dictū, vt l. ſi procu. de cōd. indeb. Et
ſi hoc eſſet dictū expreſſe, nō poſſumus tractare de liberando ſol
uentez quādo indebitū eſt quod ſoluitur: ſed ſi tractaremus de
inducenda cōdi. inde. vel de dāda condi. furt. ſeu condi. ob cau. di
ſtinguem⁹ per omnia, prout eſt diſtinctū ſ. quādo ſoluitur debi-
tū, per eaſdem leges preterquā in eo quod ratihabitione condi.
6 fur. nō tollitur, nec etiam act. fur. vt dictū eſt ſ. ¶ †Quero circa
iſtā materiā, dixi ſ. aut quis ab initio conſtituit procuratorem
k animo trāſferendi dominiū, aut nō, qd in dubio.[k] Dicunt quidaz
qd in dubio videtur eſſe animus trāſferendi dominium. vt l. do-
tis fructus. §. ſi. cum l. ſeq. ff. de iure do. Contrarium puto in du-
bio, per l. ſi ego. ff. de neg. geſt. Nō obſtāt allegata in contrarium,
qꝛ ibi precedebat titulus habilis, quare in eum dominiū tranſ-
7 feratur, ſed per eū in dominū. Item quero. †qꝛ ſ. dixi, aut procu-
l rator habuit bonū animū ab initio, aut nō, quid in dubio. [l] Re-
ſpon. hoc perpēdemus eſſe ex geſtis poſtea per procuratorē, aut
enim portauit ad dominū ſtatim, ſed forte eū non potuit reperi-
re, aut domino portauit, ⁊ poſtea interuertit, tūc preſumitur ab
initio bono animo feciſſe, alias pſumatur animo malo, vt ſ. eo. l.
8 ſi is cui. ⁊ ff. ad Maced. l. ſz Julia. §. pinde ſi acceperit. ¶ †Que-
ro, ⁊ reuoco in dubiū p perficiēda hac lege cū cōpetat actio fur.
⁊ condi. fur. in caſu l. noſtre. Reſpōd. prout loquitur in eo qui re
cepit depoſitum intelligendo depoſitum proprie, ita qd dominiū
non ſit tranſlatum in depoſitarium, tunc actio fur. ⁊ condi. fur.
competit deponenti, non depoſitario, ſi non fuit in dolo, qꝛ non
intereſt ſua. Itē ſi fuit in dolo, non haberet actionē ex improbita
te ſua, vt dicit ſecūda gl. huius. l. in procuratore vero qui recepit
debitum, debemus aduertere, aut ſoluit ſibi vt nūcio, ⁊ dic vt ha
buiſtis not. in l. ſi is cui. ſ. eod. aut vt procuratori ſimplici, cū in
veritate nunquā fuit procurator, ⁊ tunc actio furti cōpetit, ⁊ cō
dictio furtiua debitori ſoluenti, vt d. l. ſi vēdidero. §. ſi Titius. ff.
eod. Si vero fuit procurator ſed reuocatus, tunc idē ſi ab initio
habuit malum animū, ſed ſi ab initio habuerit bonū animū, ſta-
tim fuit queſitū dominium pecunie creditori, ⁊ ſi procurator po-
ſtea interuertit ipſi creditori tenetur actione fur. vel cōdict. fur.
9 vt d. l. cum quis. §. j. Ex iſto †caſu inſurgit vnum mirabile qd per
falſum procuratorem acquiritur domino dominium. Huius ra-
tio eſt fauor liberationis. Cū enim lex velit debitorem ſoluentem
falſo procuratori liberari, per conſequens vult per illū falſuz pro
curatorem queri dominium pecunie domino, vt not. in l. ſi quis
ſeruo. ff. de ſolut. ⁊ l. cum quis. §. j. eo. tit. licet gl. videatur dicere cō
trarium in l. acceptum. ſ. de vſuc. ſed non bene. ¶ Quid ſi manda
10 tum ſi non fuit reuocatum expreſſe, tamen procurator condictio-
nem ſuam mutauit, qꝛ eſt effectus quidam ribaldus, an per hoc
videatur mandatum tacite reuocatum? Doct. dicunt quod ſic,
vt l. cum Cornelius. ff. de ſolu. ⁊ l. cum quis. in prin. eod. titu.

ADDITIONES.

a P. PAV. P. ¶ Falſus procurator. Hanc l. repetit Ange. Item
quis dicatur falſus procurator vide aliqua per Jaſo. in l. ſi pro-
curatore falſo. de condi. ob cauſam.

b ALEX. ¶ Manifeſti. Uide gloſſ. in c. ex parte de reſcrip. Bal.
in c. j. §. iniuria. in verſi. ſeu furtum. de pac. iur. firm. videtur face-
re feſtum de iſto text. que dicit quod falſus procurator non dici-
tur facere furtum manifeſtum.

c ALEX. ¶ Falſus. Et quot modis dicatur falſus procu. vid hic
⁊ not. Bal. in l. licet. circa prin. ſ. de procu. ⁊ ibi vide Alex. ⁊ vide
Barto. in l. ſi autem. §. item ſi fundum. ff. de nego. geſt.

d ALEX. ¶ Fur manifeſtus. Quis dicatur fur manifeſtus, adde
Bart. in l. ij. ff. eod. ⁊ Barto. hic in iiij. oppo. qd ſufficit quod fue
rit viſus, ⁊ inſultatus ſecundum acclamationem. Probatur in l.
ſi quis in ſeruitute. Item ſufficit quod ſolum apprehendatur, vt
ibi, ⁊ in l. ij. cum ſeq. eod. titu.

e ALEX. ¶ Oppo. ſecundo. Uide ad hoc gloſſ. in l. j. ſ. quod met.
cau. ⁊ in l. ſi cum dotem. §. ſi poſt. ff. ſol. mat.

f ALEX. ¶ Uidetur donare. An ſoluens ſcienter indebitum vi-
deatur donare, vide qd no, Bal. in l. ſi per ignorantiam. ſ. de cōn
di. inde. vult ergo hic Bar. quod ſoluens ſcienter indebitum non
repetit. Uide Bal. in d. l. diſpenſatorem. ⁊ Bal. hic in verſi. quar
to queritur. intellige quando ad idem intendebat animus reci-
pientis, alias non poſſet eſſe donatio, vt not. Bart. in l. j. ff. de do-
na. ⁊ Bal. hoc declarat verſi. quarto queritur.

g ALEX. ¶ Tamen doct. dicūt. vid bar. i l. quoniā. ff. de cōdi. fur.

h ¶ Uel ſi diceres hunc procuratorem. Bal. hic reprehendit bart.
in vj. oppo. ibi ergo non poteſt habere locum condi. ſed Bar. in
l. ſi procuratori falſo. in iiij. q. ff. de condi. inde. De hoc alleg. gloſ.
in terminis. Uide ibi inquantum ad hoc, vt ſciamus. Idem tenet
Bal. in d. l. ſi procuratori falſo.

i ¶ In eo vero. Contra tenet Bar. in d. l. ſi procuratori falſo, ⁊ ex
his duab. ⁊c. vide omnino Bar. in l. quoniam. ff. de cōdi. furtiua.

k ¶ Quid in dubio. Adde Bar. in d. l. ſi procuratori falſo. ad fin.

l ¶ Quid in dubio. Quomodo cognoſcatur an falſus procurator
acceperit pecuniam a debitore bono animo, vel malo, adde Bar.
in l. cum quis. §. j. ff. de ſol. ibi ex iſto caſu inſurgit vnum. Idem te-
net Bar. in d. l. ſi procur. vide Bal. hic in vij. ⁊ viij. oppo.

LEX XX.

1 ☞ In delictis que trahi poſſunt de facili in exemplum, punitur
factum, licet non ſit perfectum.

a **SI quis ſeruo.** [a] In delictis que †trahi
poſſunt facile in exēpluz
punitur factum, licet nō ſit perfectū. h. d. Diuiditur.
Primo ponitur thema, ⁊ q. Scdo determinatio que-
ſtiōis. Tertio reſpōſio ad quedā iura que videbātur facere in cō
trariū. Secunda ibi, nobis. Tertia ibi licet enim. ¶ No. qd puni
2 tur affectus, licet nō ſequatur effectus Not. hic †qd, cui non cō-
gruit diffinitio, nec diffinitū. Uides enim qd illud non eſt furtū,
3 cui non congruit diffinitio furti. Tertio no. †caſum in quo ha-
bet locū actio furti, nec factū eſt furtū, nec res eſt furtiua. ¶ Op.
de l. j. in ſi. ff. qd quiſqꝫ iur. Potes dicere qd iſtud eſt delictum a-
trox, ⁊ ſic non habet locuz illud dictū. Non punitur affectus. ⁊c.
vt l. ſi quis non dicā rapere. ſ. de epiſc. ⁊ cle. alias videtur ſpeciale
hic propter rationē, que in ſi. legis ponitur. ¶ Quero, an id. qd
b dicitur [b] hic de ſeruo, habeat locū in filio. Gl. dicit qd ſic [c] in l. ⁊ nō
c tantum. §. j. ff. de ſer. cor. Uide gl. hic in ſi. Uides ergo ſecundum
hanc l. noua, ⁊ odioſa, ⁊ cōtra regulas iuris cōmunis inducta ex
d tenditur per identitatē rationis. [d] Et ſic facit qd †ſtatuta recipiūt
4 interpretationem extenſiuā, etiaz ad id, cuius contrarium eſt di-
ſpoſitum a iure cōmuni. Sed contrarium dixi tibi in l. precipim⁹.
in ſi. j. de appel. ⁊ in auth. quas actiones. cum gl. ſ. de ſac. ſanct.
eccle. Solut. Dic qd non eſt noſtrū hanc legem extendere ad fi-
lium. Sed lex antiqua eſt illa, que hanc legē extendit, nam dicit
l. ⁊ nō tantum. §. j. ff. de ſer. cor. quicquid dicitur de ſeruo, habeat
locum de filio. Illa lex, ergo eſt illa que extēdit hanc, nō ergo iſta
ſe extēdit, ſed extenditur, ⁊ ſic interpretationē extenſiuam recipit
5 paſſiue, nō actiue. ¶ Ex hoc dico, ſi †per ſtatutū induceretur no-
ua teſtādi forma, an haberet locū lex Fal. ⁊ Trebellianica, ⁊ ma-
teria de acqui. hered. ⁊ ſimilia in illo teſtamēto: certe ſic. ¶ Naz
tūc patitur ſtatutū interpretationē extenſiuam paſſiue, qꝛ lex ſe
ad ſtatutū extendit nō ſtatutum ad legē, vt l. j. §. j. ad l. fal. Dixi
plene in l. omnes populi. in materia interpretationis extenſiue.

ADDITIONES.

a ALEX. ¶ Si quis ſeruo. Quid ſi vnus ſeruus pſuaſit alteri⁹. vt
fugeret, vide hic Azo. i ſumma in l. q ſeruo. ff. eo. tit. ¶ Adde bal.
de eo qui dedit cōſiliū ad maleficiū qd ſi eſt ſubſecutū eius cōnſi.
cclvj. iiij. lib. ⁊ vide Pau. de Caſt. cōſi. cxcij. AND. BARB. ¶ Si
qs ſeruo. Uide Ludo. Ro. i cōſ. ccviij. pro extenſione de qua hic.

b P. PAV. P. ¶ Qd dicitur. Adde circa intellectum regule iſtius
tex. qd duo caſus equiparātur a lege antiqua, ⁊c. ⁊ ea que ponit
mod. i §. ex maleficijs. in gl. in verbo. in iudiciū. inſtitu. de actio. v-
bi limitāt procedere ſolū quando in eadē materia erant equipa-
rata a iure antiquo: ſecus ſi in diuerſa. Itē limita procedere vbi
in eadē. Ro. cōſi. ccxx. Itē circa intellectū huius regule vid Ro.
omnino in cōſi. clxxix. Item intellige eā procedere in materia etiā
penali, ⁊ odioſa. Sec⁹ in correctoria vide ſingular. ter Jo. de Anā.
cōſilio ccvij. ad ſi. In contrarium qd imo procedat etiā in corre-

crorbi.⁊ penalibus, vide Iaſ. in l. tranſigere. C. de tranſa. Item
duas limitationes, ⁊ d regula vide Dec. in c. trãſlato de cõſtitu.
c ALEX. ¶ Qd ſic. Et ſic facit iſta gl. qd in criminal. ꝓcedatur de
ſimil. ad ſimilia qd dicas verũ eſſe quo ad equiparata, ſiue loqua
mur in ſtatutis ſiue in cõſuetudinib. pẽalib. tex. eſt melior d iure
ſcdm Bal. in c. j. in §. porro. q̃ fuit prima cauſa benefi. amit. Hoc
dictũ nõ habet locũ ſecundũ eum, vbi due pene imponũtur habi
to reſpectu ad priuilegiũ alicuius perſone, q² tunc nulla põt fie-
ri extẽſio de ſimilib. perſonis ad ſimiles, de caſibus ad caſus iſta
eſt gl. ord. ſing. Inſt. de actio. §. Itẽ miſta. que icipit. ſi in iudicio.
quã gl. tene menti, ſm Bal. ⁊ adde ſimilẽ in l. fi. in ver. aureos, de
in ius voc. adde que dixi poſt bar. in l. iura. iñcta. l. nõ poſſunt. ff.
de leg. ⁊ has extẽſiones de ſimilib. ad ſimilia intelligas ꝓcedere,
vbicunque in ſtatuto, vel lege ineſt ratio ciuilis, vel naturalis ſm
no. per Bar. in l. j. i prin. ff. vti poſſi. ⁊ per gl. ⁊ doc. i l. j. eo. ti. ⁊ per
eũ in §. Cato. Itẽ videtur velle Bal. in d. §. porro. Adde ꝙ refert
Bal. in c. j. an maritus ſiue vxor in benefi. qd quãdo heres trahe
retur retro qd tũc trahitur de ſimilib. ad ſimilia quã legez trahi
retro nõ eſt equum. Allegat Ioã. Mo. in c. deteſtanda. de conceſ.
preben. li. vj. Itẽ adde qd in pena priuationis videtur ꝙ non poſ
ſit procedi de ſimili. ad ſimilia q² illa nunquã imponitur, niſi lex
hoc expreſſe dicat, in auth. de nõ eligen. ſecũ. nub. §. ſinautez non
valuerint. not. bal. in auth. ex teſtamento. ĩ. de ſecũ. nup. Itẽ adde
qd no. voluit Bal. in l. de his. ⁊ s. eo. ⁊ in l. ſi fugitiui. ĩ. de ſer. fugi.
Et reperio qd Inn. in c. qualiter. ⁊ quãdo de accuſa. tenet expreſ-
ſe, quod in penis criminalib. procedatur de ſimilib. ad ſimilia, ⁊
nihil alleg. adde Bal. in l. illa in prin. ĩ. de col. ⁊ qd not. glo. in d. l.
fin. de in ius voc. ⁊ qd not. Bal. in l. de his. ĩ. eo. ⁊ quod dixi in l.
Gallus. in §. ⁊ qd ſi tãtũ. de lib. ⁊ poſth. etiã qd in criminalib. pro
cedatur de ſimilib. ad ſimilia, vide bal. in l. ſi quis nõn dicaz rape
re. in prin. de epiſ. ⁊ cle. ⁊ vide Bal. in l. ſi te. ĩ. de infa. ⁊ in l. trãſige
re. ĩ. de trãſact. Et an ex idẽt tate rationis in penalib. fiat extẽſio
vide aliquid per Inno. in l. infamẽ. de publi. iudi per Bal. in l. j. ĩ.
de interdi. vbi omnino vide, ⁊ hic per Bal. ⁊ qd procedatur etiã
in criminalib. tenet etiam Bal. in l. ij. in princ. que ſit longa con-
ſue. ⁊ in l. data opera. Sed in ſtatutis penalibus exorbitantibus
nullo modo fit extẽſio, ſed Bal. in l. ij. de pa. qui fil. diſtr. ⁊ ſtatutũ
loquẽs in furto locum habet ex maioritate rationis in ſacrileg ●
bal. in l. ij. ĩ. eo. ⁊ de materia per Iac. de bel. in l. ſi qs nõ dicam. de
epiſ. ⁊ cle. per. Inno. in §. de viro. ⁊ ſecundũ regulã, de qua hic, vi-
delicet qd lex noua ſuperueniẽs in vno ex parificatis, de iure an-
tiquo extẽditur ad illud parificatũ. limita not. niſi tractemus d
remedio, aut actione cõcedẽda. Gl. eſt ſing. in auth. preſbyteros.
Adde que dicit domi. Abb. in ca. d multa. de preb. in gl. i verſi. in
eadẽ eccleſia ibi contrarium credo, ⁊c. vbi probatur, qd vbi ſunt
duo a iure equiparata, pena addita in vno, videt addita in alio.
Tex. cũ gl. in c. ñ poſtquã. in fi. de cle. in vj. ⁊ no. ad materiam, qd
quãdo ſunt duo a iure cõmuni equiparata. qd ſtatutum in vno
etiam cõtra regulã iuris cõmunis habet locũ in alio, vt videtur
velle gl. in l. qd vero. ff. de legib. ⁊ Bar. hic, ⁊ in l. Marcel. in prin.
ad Treb. qd eſt verum, quando equiparatio eſt reciproca. ſecus
ſi eſſent tantũ in vno, vt ſi lex, vel ſtatutum dicat, quod diſpoſita
in magnatibus, habeãt locũ in popularibus, quia non erit econ
uerſo. l. ij. ĩ. cõmunia de leg. not. Bar. in l. j. de leg. j. Itẽ eſt verum
niſi lex loquatur taxatiue. Probatur in l. fi. vbi eſt facta extenſio
ciuilis, ⁊ vide in auth. quas actiones. in cor. vnde ſumitur de ſa-
croſanc. eccl. Et videtur de mente Cyn. in d. auth. quas actiones,
⁊ ibi refert Bar. in verſicu, modo quero. licet bal. ⁊ alij contra. ⁊
Bal. in d. l. fin. in j. q. Item fallit niſi patiens non eſſet in vtroq̃
diſpoſitum. l. j. §. lex. ff. ad legem Falc. ⁊ ibi Bart. ⁊ vide ad Bar.
hic omnino Bart. in l. ſi conſtante. in iij. q. ſolu. mat. vbi videtur
velle hoc verum etiam in diuerſa materia, adde Bart. in d. l. non
tantum. §. j. Et de huius, ⁊ illius legis intellectu vide inſtit. de a-
ctio. §. duplum. circa princip. per modernos a contrario ſenſu.
¶ Adde Roma. conſil. cccxcij. Et vide etiam tu Alexand. de
Imol. in conſil. cxxxvij. verſic. corroboro. in j. volu.
b POMA. ¶ Identitatem rationis. Quid in caſu fauorabili, aut
odioſo, an poſſit extendi ex identitate rationis vide late Ro. in
repetitione authent. ſimiliter. in xxix. ſpeciali pie cauſe inter vlti-
mas voluntates. ĩ. ad legem Falcidi.

LEX XXI.

2 ☞ Bone fidei poſſeſſor dicitur, qui cogitatione domini poſſidet
putans ſe dominium.

Apud antiquos. Eius ſerui gratia ꝑ quo qs põt actio
ne noxali cõueniri, pro eius facto noxali agere nõ po
teſt illo tẽpore. ſed poſtea ſic, ⁊ ꝑ facto liberi hominis,
actio noxalis nõ cõpetit. hoc dicit. Tota iſta lex diuiditur i duas
partes principales. Prima loquitur de ſeruo. Secũda de libero
homine bona fide poſſeſſo. Secũda ibi, de eo autẽ qui liber. Item
hec prima ſubdiuiditur, q² primo ponit duas queſtiones. Secun
do ponit amplificationem ad illas queſtiones cuiuſdam regule
iuris antiqui ſecundum antiquos. Tertio ponit amplificationẽ
(dicte regule) ſecundum authorẽ huius l. ex qua colligitur que-
ſtionum ſolutio. Quarto concludit ad propoſitum. Secunda ibi
cunq̃ generali. Tertia ibi, nos autẽ, quarta ibi, ſi igitur. ¶ Not.
ex text. iſto ibi, quidam ita per coniecturam, ⁊c. cum gl. ſua que
1 argu. † a contrario ſenſu eſt ex interpretatione quod multũ no.
quod plene dixi in l. omnes populi. ff. de iuſt. ⁊ iure. allegaui
hunc tex. ⁊ vide tex. ibi, poſſeſſor domini cogitatione, ⁊c. ¶ Not.
2 † quod ille dicitur bone fidei poſſeſſor, qui domini cogitatiõe poſ-
ſidet putans ſe dominum, ⁊ hoc eſt in verſicu. cum igitur tex.
ipſe ea teneri non poteſt melius formaret regulam ſecundum q̃
3 ĩ. formata eſt, ⁊ ſic directe adaptaretur ad predicta. ¶ † Not. q̃
a vulgariter dicitur[a]. Diſtingue tempora ⁊ concordabis ſcriptu-
ras. Hic in §. nos autem ibi, ⁊ ſic ex tempore.

ADDITIO.

a ALEX. ¶ No. quod vulgariter dicitur, vide Bar. in l. ſciendum
§. ſed ⁊ qui. ff. qui ſatiſda. cogan.
1 ☞ Titulus excuſat a fructibus percipiendis.

1 **§. Nos autem.** Ultimo domin⁹ Cyn. inducit
§. ad queſtionem. Titulus ex-
cuſat a fructib. percipiendis, ideo ſi poſſeſſor pro parte tẽp.
haberet titulum, pro parte non, tenebitur de percipiendis pro
parte, pro parte non. Sic dicit do. Cyn. hic.

LEX XXII.

Maniſeſtiſſimi. Primo ponit vnam re-
gulam generalem. Se-
cundo, determinat tres queſtiones iuxta dictam re-
gulam. Secunda ibi, poſt principium, ſed querebatur, ⁊c. Item ſecũda ſicut determinat tres queſtiones, ita habet
tres partes. Secunda ibi, ſed cum in ſecunda. Tertia ibi cũ au-
tem in confinio. Redeo ad primã partem, ⁊ prima eſt facilis, ideo
non eget ſummario. Ad iſtam regulam examinandam opponit
gl. de il. is cui. ⁊ l. eum qui in prin. ⁊ l. qui vas. §. ſi ego. ff. eod. Hu-
ius timore gl. tua limitat iſtam regulam, vt habetis in ea, quam
vide. Aduerte iſtas limitationes poſſemus examinare, ſed eſſet
multum longum, ⁊ dic vt plene dixi in l. itaque fullo. ff. eo.
2 ☞ Per electionem vnius iuris, quis non videtur alteri renun-
ciare.

§. Sed querebatur. Si res cõmodata ſub-
trahitur, eſt in electio-
ne domini vtrum agat contra furem, an contra commodatarium,
⁊ vno electo, contra aliũ agere nõ poterit ſi ſciens fuerit: ſecus ſi
fuerit neſciens, vel dubitans. Hoc dicit vſque ad §. ſed cũ in ſecũ-
da. Diuiditur iſte §. in tres partes. Primo ponitur thema an-
tiquorum opinio. Secundo determinatio. Tertio limitatio
determinationis. Secũda ibi tales. Tertia ibi ſinautem ne-
1 ¶ Not. ex hoc §. primo qd dixi in ſummario. ¶ Secũdo not. ſim-
plicitatem placere. Et ſimpliciter dicitur quod eſt ſine diſtinctio-
ne, quod not. facit ad queſtionem quam dixi tibi in l. j. in j. q. de
vulga. ⁊ pup. ⁊ l. inter ſtipulantem. §. j. ff. de verbo. obliga. ubi
pliciter amitti, ⁊ de verbo. oblig. l. j. §. ſi quis ſimpliciter. vbi
ponit ſimpliciter, id eſt, pure. Facit ff. pro ſoc. l. corri. facit. j.
2 deicom. l. eam quam. ¶ Not. etiam ⁊ tene menti, † q² alibi no.
Qui eligit vnum ius, non videtur renunciare alteri iuri, qd igno-
a rat ſibi competere, vt l. mater. de inoff. teſtam. idez ſi dubita-
b ſus eſt hic quod non[b] videtur renunciare alteri iuri, quod dubi-
tat ſibi competere ibi, ſinautem neſciens, vel dubitans, ⁊c. Et hoc
c neſcio alibi, ⁊ ideo tene menti.[c] ¶ Ad legem noſtram oppo. de
vt omnes. §. ſi ſeruus, ⁊ l. itaque fullo. §. fi. ff. eod. Solu. Hic loqui-
tur in cõmodatario, qui nullũ ius habet i re. Cõtrariũ loquitur
in creditore, ⁊ vſufructuario, qui habuit ius i re, ⁊ ideo actio fur-
ti cõpetit tã domino pro iure domini, quam creditori, ⁊ vſufru-
ctuario pro iure ſuo, vt l. contraria. ¶ Contra hoc oppon. dici-
tur quod idem in eo, qui non habet ius in re, vt in fullone, vt l. ita-
que fullo. in prin. ff. eo. ⁊ Iuſti. de oblig. que ex delict. §. furtum
lu. Aliud in fullone, ⁊ ſarcinatore, aliud in commodatario, il-
q² fullo, ⁊ ſarcinator ineunt contractum ratione vtriuſque
ſimpliciter ſubuenitur commodatario ratione ſui tantum

ADDITIONES.

a P. PAV. P. ¶ ¶ Idem ſi dubitat. Not. tamẽ qd in contractu
dubitãs nõ equiparatur ignoranti, ſecũdũ Bal. in c. j. §. in
petuũ. per quos fiat inueſt. Vide etiam tex. i materia, ⁊ ibi Bal.
in c. ...

in c. vaſallus feudum. ſi de feu. fue. controuer. Item adde quod dubitans qui de facili poteſt certificari non excuſatur, licet ſit ſeus in errante, vide Iaſ. in l. ſi per errorem. in iij. no. ff. de iuriſdi. om. iudi. vbi ponit rationem diuerſitatis, ꝛ ibi etiam in j. amplia. ponit concor. ad regulam hic poſitam, ꝛ latius de iſta regul. qꝺ dubitans, ꝛ ignorans equiparentur. vide Iaſ. in l. diuine. ff. de cō di. inde. in l. iij. §. genera. de acqui. poſ. aliqua ponit. vide que dicit Aret. in l. domitius Labeo. ff. de teſta.

b POMA. ❡ Caſus eſt no. qui elegit vnum ius, non videtur alteri renūciare quod ſibi ignoranti, vel dubitanti competit. Facit glo. in l. j. in fi. in verb. ceſſat. ff. de cōdi. inde. Uide omnino in l. iij. §. fi. ff. de acqui. poſſ. ꝛ in l. quandiu. in princ. C. qui admi. Facit gl. fin. in l. j. in verbo, ceſſat. ff. de cōdi. inde. ꝛ tex. in l. ij. ff. quis ord. in bō. poſſ. ſer. ꝛ aliquid p̄ Iaſ. in l. cū quib. ſ. de iur. ꝛ facit. igno. ꝛ vide ad iſtū tex. bal. in l. leges ſacratiſſime. ſ. de leg. vbi vult per iſtum tex. ꝙ ita parcatur dubitanti, ſicut ignoranti, quē ſequitur Io. de Ana. conſi. lxxij. incip. viſis, ꝛ conſideratis que in facti narratione. Et pro hoc facit qꝺ vult Decius poſt do. Chriſtopho. Caſtillio. ibi. in l. j. ſ. de pact. in ſol. ꝛ l. nec nos. j. de poſtli. reuer. quaꝫ intelligunt qꝺ ibi re vera mortua matertera, ſi tū erat penes cōtrahentes debitū. Et ſic volunt, ꝛ ex illo dicto potes notare qꝺ de dubio aliquādo iudicamus, vt de ſciente, qꝛ ſicut ille qui ſcit de vita alicuius, nō pōt ſuper eius hereditate paciſci, ita nec dubitans, ꝛ immo in dubio ita loquamur ſcd̄m ſubiectā materiam, ꝛ vide Bal. in l. fi. ff. de condi. indebiti. ꝛ Bald. in c. j. §. perſonā. in titu. per quos fiat inueſt. vbi limitat vt non habeat locū in dubitante qualitatem perſone cuꝫ qua cōtrahit. qꝛ de eo iudicamus non vt de ignorāte. Et vide aliquid per Alex. conſi. xl. volu. v. ꝛ vide text. ꝛ ibi bar. in l. j. j. de teſt. ꝛ Felin. in c. paſtoralis. de exce. ꝛ bar. cōſi. lxxij. ꝛ cōſi. lxxxviij. ꝛ Felin. in c. fi. de preſcrip. ꝛ Barb. conſi. xvj. volu. ij. ꝛ vnum verbum per do. Prep. Alex. ī c. non eſt. §. is itaque. diſt. vj. ꝛ in c. quo iure. diſt. viij. ꝛ Iaſ. late in l. quādiu j. qui admit.

c ALEX. ❡ Quod tene menti. Not. qꝺ eligēs vnū ius. nō videtur renūciare alteri, de quo ignorat, qꝺ neſcio alibi, ꝛ an ignorans, ꝛ dubitās equiparātur, vide qꝺ no. ſ. de condi. inde. l. fi. ꝛ no. Bal. ſic allegantē iſtū tex. in l. leges ſacratiſſime. ꝛ etiā dicit hic Cyn. ꝛ Bal. quod omittens opponere exceptionem propter dubitationem. poteſt eaꝫ opponere cum primū eſt de ipſa certificatus. ꝛ intelligit iſta Bal. hic, niſi potuiſſet ſe certificare, ꝛ noluiſſet. Et vide qꝺ nō. dicit Bal. in l. j. ſ. de fal. cauſa. adie. Et ad dicta de ignorāte. vide bar. in l. ij. i verbo. p̄cedo in gl. ff. ſi quis in ius vo. nō ie.

4 ☞ Pro poſſeſſione rei mobilis amiſſa, nullum interdictum poſſeſſorium eſt introductum, ſed alia remedia ſic.

§. Sed cum in ſecundā. Breuiter dicit. Si commodatarius a fure rem, ꝛ penam exigit, non tenetur reddere eam do-

1 mino. h. d. ❡ Not. qꝺ † commodatarius exigit rem a fure, qꝺ qua-

2 liter intelligatur dicā ſtatim. ❡ Scd̄o not. †. qꝺ qui ſentit onus debet ſentire, ꝛ commodū, ꝛ econtra qꝺ dic vt in regula iuris, ꝛ per Dy. in c. qui ſentit. de reg. iur. lib. vj. Circa primū queritur,

3 ꝛ iſtud eſt notabile valde. ❡ † Quero qua actione recuperabit cōmodatarius rem a fure. Nā condictio furtiua ſoli domino cōpetit l. j. ff. de condi. fur. ergo cōmodatario non cōpetit. Sol. Dicunt quidā qꝺ habuit condictionē incerti, vt l. ꝛ ideo. §. fi. ff. de cōdi. fur. Iſta nō eſt vera, qꝛ illa loquitur in creditore, qui habet ius hypothece in re, ideo gl. tua diſtinguit. optime quatuor caſus. Quādoqꝫ ſubtrahitur res domino, tunc ſine dubio cōpetit ſibi cōdictio furtiua, vt l. j. ff. de condi. fur. Quandoqꝫ ſubtrahitur ei qui habet ius in re, ꝛ tunc cōpetit ſibi cōdictio incerti, vt l. ꝛ ideo. in fi. ff. de cōdi. furt. ❡ Quādoqꝫ ſubtrahitur ab eo, qui nullū ius habet in re ſed ſolū in bona fide poſſedit, tunc habet actionē triticariā ad poſſeſſionē, vt l. j. in fi. cū l. ſeq. de cōdi. tritica. Quandoqꝫ ſubtrahitur ei qui nullū ius habet in re nec in poſſeſſione, ſed detinet, vt cōmodatarius, ꝛ depoſitarius, ꝛ ſimiles, tūc eis datur actio in factū, vel officiū iudicis. Ita tenet glo. in l. non tantū. in prin. de pet. here. ꝛ d. l. ideo. §. ſi. de cōdi. fur. Subdit gl. hic, vel habebat cōdictionē ex l. ſi coloni. de agri. ꝛ cēſi. Iſtud nō eſt verū. nā illa cōdi. cōpetit tantū ei qui poſſidebat, vt ibi patet.

4 ❡ † Contra iſta gl. videtur gl. in l. rē que nobis. ff. de acqui. poſſe. vbi dicitur qꝺ pro poſſeſſione rei mobilis amiſſa nullum eſt proditum iudiciū poſſeſſoriū, ſed intelligas nullum poſſeſſorium ſcilicet, interdictū. Sed alia remedia de iure ciuili bene ſunt prodita, vt ſ. dixi. Uide gl. quā not. bene. gl. iſta loquitur quod iſta remedia dantur contra eum ad quē poſſeſſio peruenit cum vitio, quia

5 ſubtraxit. ❡ † Sed quero quid ſi ad aliquē peruenit poſſeſſio ſine vitio eius rei, quā ego tantū poſſidebā, vel detinebam. Gloſſ. in l. inciuilem. ſ. eod. dicit qꝺ habet locum condictio ex d. l. ſi coloni. de agri. ꝛ cenſi. ꝛ iſta gloſſ. videtur dicere contra caſum l. ſiue autem. §. ſi duob. ff. de pub. vbi argu. contra in eo qui habuit titu-

a lum, ꝛ poſſeſſionem.[a] Dominus Inn. in c. ſepe. de reſtit. ſpol. tenet idem quod gl. in l. inciuilem. allegat c. reintegranda. iij. q. j. Iſta co-

b mnia videntur cōtra caſum[b] dicte l. ſubſtinēdo tamē gl. noſtrā, ꝛ Inn. poſſumus dicere ſic, qꝺ glo. loquitur in bone fidei emptore quē cōſtat emiſſe ab eo, qui fuit male fidei poſſeſſor, vt a fure, vn-

c de mala fides venditoris, aliqualiter afficit emptorē[c] ab eo, vt in aut. male fidei. j. de preſcri. long. tēpo. alias ſi hoc nō cōſtaret. cre-

d do qꝺ nō[d] poſſet agi, vt d. l. ſiue autem. §. j. de pub. ❡ Querit glo.

6 quid ſi dominus † in huius l. caſu non velit agere contra cōmodatariū, ſed cōtra furē, an poterit. Glo. dicit qꝺ ſic, vt ſ. proxi. §. Sed certe precedēs. §. loquitur ante furē exactū. Nam poſtquā exactus eſt ab vno, non poteſt iterum conueniri, ſecundum Dyn. in

7 l. licet. §. fi. ff. nau. cau. ſta. ❡ † Tertio querit gl. poſito qꝺ contra furē poſſet agere dominus, an fur duplici damno afficiatur? Gl. non determinat. Tu dic qꝺ nō per dictā. l. licet. §. fi. ❡ Ultimo querit gl. cum ſecus ſit in creditore, qui tenetur reddere penam, vt l. ſi pignore ſurrepto. ff. de pig. actio. quare aliud in eo quaꝫ in commodatario, ꝛ ſimilibus? Dic vt in glo.

ADDITIONES.

a P. PAV. P. ❡ Poſſeſſionem. Uide omnino Moder. in §. ſed iſte. Inſti. de actionib.

b POMA ❡ Contra caſum d. l. Alex. in conſi. cc. volu. ij.

c ALEX. ❡ Afficit emptorem. Et hoc etiam tenet Bald. in effectu, ꝛ bene dicit in d. l. ciuileꝫ. Pro quo facit quod ipſe Bal. not. in l. ancille. ſ. eo. ꝛ l. eum qui. §. pretor. de Publicia. Adde do. Abba. in c. ſi diligenti. de preſcrip. ꝛ Pau. de Caſt. in l. ꝛ ideo §. fi. prealleg. ibi, tertio querit glo. Uide hic latius per Bald.

d POMA. ❡ Credo quod non. Uide Alex. conſi. cxviij. vol. ij. ꝛ Barb. conſi. lxij. vol. ij. ꝛ Alex. l. j. in prin. vol. j. ꝛ cxcix. vol. ij.

§. Cum autē. Si marito res commodata ſubtrahatur ab vxore, vxor ſi eligatur a domino furti conuenitur. Si eligatur maritus, maritus in factū propter res amotas tenetur, nec poterit mulier eligi, ſi vir ſoluēdo extiterit. h. d. Oppo. quod actio rerum amotarum non datur conſtante matrimonio, vt ſ. rerum amo. l. ij. Solut. expone. id eſt, in factum propter res amotas. Oppo. ff. rerum amo. l. antepe. Sol. Ibi ponitur caſus econuerſo ad iſtum. vt in gl. quam vide.

De operis libertorum. Rubrica III.

LEX I

2 ☞ Opere libertorum quomodo imponantur, ꝛ qua actione petantur. nume. 4

I tempore. Diuiditur in tres partes. Primo ſequitur quando opere ſunt impoſite. Secūdo an poſſit peti pretiū futurarum operarū, hec particula videtur ibi contradicere. Tertio, quādo opere nō ſunt impoſite. Scd̄a ibi, ſolet autē. Tertia ibi, cū, ꝛ ſi opere. Breuiter dicit qꝺ opere p̄miſſe debēt preſtari, nō pretiū earum, niſi ex cauſa neceſſitatis. h. d. ❡ Circa primam partē queri-

1 tur, dicitur hic, ſi tempore manumiſſionis. ❡ † Quero quādo dicitur factū tēpore manumiſſionis? Dic vt in gl. j. vt ſi in illo tempore vel modicū ante, vel modicū poſt manumiſſionem, ꝛ ſine in-

2 teruallo fuerit actū, vide gl. ❡ † Quero qualiter opere[a] imponan-

a tur liberto? Dicit gl. per ſtipulationē, vel iuſiurandū, ꝛ eſt ſpeciale qꝺ pactum iureiurando veſtiatur. Uide glo. ij. in prin. hic aduerte, ꝛ no. qꝺ pactū nudum non veſtitur manumiſſione, ſeu co-

3 herentia manumiſſionis, ꝛ eſt ſpeciale fauore libertatis. † Not. ꝙ regulariter pactū nō veſtitur iureiurādo, ſcd̄m glo. dic vt dixi in

4 auth. ſacramēta. ſ. ſi aduer. vend. † Quero ſecūdo qua actione petitur opere. Dic breuiter, ꝛ hec eſt veritas. Aut opere ſunt promiſſe per ſtipulationem, aut iureiurando. Primo caſu, aut petūtur opere, ꝛ agitur actione ex ſtipulatu, ſiue ſint certe, ſiue incerte. Aut deuenitur ad eſtimationem, ꝛ agitur certi cōdictione ex ſtipulatu. Secundo caſu, quando ſunt promiſſe iureiur. agitur in factum. Dic clarius, vt hac gl. Uenio ad ſecundam partem, ꝛ iſta ſecunda pars videtur ſibi contraria. Nam primo dicit quod ſolet conueniri, vt aliquid detur pro operis, poſtea dicit ꝙ pretiū peti nō poteſt. Huius timore gl. exponit iſtum tex. bene quatuor modis. Unumquenqꝫ vide, ꝙ quilibet poteſt ſuſtineri tamen illa magis clara, vt dicamus, ſolet inter liberos ꝛ patronos conueniri, vt pro operis preteritis aliquid preſtetur, licet pretium peti non poſſet, ſubaudi remanente ſaluo iure patronatus. ❡ Opp. ꝛ videtur ꝙ in caſu inopie eum alere non tenetur, vt ff. de lib. agn. l. ſi quis a liberis. §. ſi quis a liberti liberto. Dic vt in gl. ❡ Uenio

b ad vltimā partem[b]. Ex hac † vltima parte, ꝛ precedente allegatur

5 iſta lex ꝙ neceſſitas non habet legem[c], qꝛ lex vult ꝙ libertus nō

c cogitur ad preſtationem pretij operarū, fallit in caſu neceſſitatis.

ADDITIONES.

a ALEX. ❡ Qualiter opere. Et ad not. per gl. ꝛ Bart. in l. iuriſiu

Bar. ſuper ſecunda cod.